

rum loco duoviros vel quattuorviros quinquennales (infra N. 6125. 6395. 6398). Quod nomina magistratuum perscripta sunt post consulem suffectum kalendis Iuliis, ante consulem suffectum kalendis Octobribus, documento est eos iniisse kalendis Iuliis. — 7) Omissum nomen alterius consulis, Camilli Scriboniani, quod is bellum civile movit a. p. Chr. 42 (vide supra N. 157 not. 1; N. 3950). — 8) Galba cum consulatus tempore Lucii praenomine usus sit, Servii postea demum resumpserit (Sueton. Galb. 4), fasti hi non per annos quos referunt, sed tempore posteriore perscripti sint necesse est (Momms.).

## 6125

|  |                               |  |
|--|-------------------------------|--|
| .. [Fonteio Capito]ne L. Iulio Rufo            | cos. <sup>1</sup>             | C. Avidius Octav . . . .                             |
| . . . . . ius Priscus                          | IIIvir. i. d. <sup>2</sup>    | M. Clodius M . .                                     |
| . . . . . Rufus                                |                               | imp. Vespasiano III . . . . <sup>11</sup>            |
| [Ti. Silio Ital. P.] Galerio Trachalo          | cos. <sup>3</sup>             | k. Apr. <sup>12</sup> Cavarius . .                   |
| . . . . . tius Tiro                            |                               | Avidius Ius . . .                                    |
| . . . . . Paulus                               | quinq. <sup>4</sup>           | Domitiano II Caes . . . <sup>13</sup>                |
| [Ser. Sulpicio G]alba II T. Iunio <sup>5</sup> | cos. <sup>6</sup>             | k. Apr. <sup>14</sup> Titus et Dom . . <sup>15</sup> |
| . . . . . nius Verus                           | IIIvir. i. d.                 | Cn. Mummeius . . .                                   |
| . . . . . s Rullus                             | IIIvir. p. l. P. <sup>7</sup> | [praef.] <sup>16</sup>                               |
| . . . . . aius Niger                           | IIIvir. p. l. P. <sup>7</sup> | M. Barronius . . .                                   |
| imp. Vespasian]o II Tito filio                 | cos. <sup>8</sup>             | imp. Vespasiano V . . . <sup>17</sup>                |
| . . . . . ius Macro                            |                               | k. Apr. <sup>14</sup> C. Titedius                    |
| . . . . . fuis Longus                          | IIIvir. p. l. P. <sup>9</sup> | P. Cornelius . . .                                   |
| . . . . . s Marcellus                          | IIIvir. p. l. P. <sup>9</sup> | imp. Vespasiano VI . . . <sup>18</sup>               |
| . . . . . Maritimus                            |                               | C. Vibius Tro . .                                    |
| [imp. Vespasia]no III M. Cocceio Nerva         | cos. <sup>10</sup>            | C. Saffinius Ce . . .                                |

*Exlabat cum primum descripta est inter Casinum et Interamnam Lirenatem, pertinuisse videtur ad Interamnam; iam Romae in museo Capitolino (X 5403 viderunt Henzen et Dressel). — 1) A. 67. — 2) Quattuorviri iure dicundo. — 3) A. 68. — 4) Quinquennales. Ut anno 68, ita etiam anno 75 (cf. not. 15), itemque sine dubio anno 78 quinquennales creati esse putandi sunt. Sorae quinquennales fuerunt anno 79 (Eph. ep. 8, 392); aliis autem annis Pompeiis et Nolae (cf. N. 6124 not. 6). De his diversitatibus cf. Mommsen C. I. L. l. c. — 5) Scr. Vinio. — 6) A. 69. — 7) Quattuorvir praefectus lege Petronia (sic legit Mommsen collatis titulis Pompeiano N. 6559 et Aesernino N. 6548). Apparet hoc anno unum tantum quattuorvirum iure dicundo Interamnae creatum esse et in locum vacantem factos quattuorviros praefectos lege Petronia duos. — 8) A. 70. — 9) Cf. not. 7. Apparet hoc anno quattuorviris substituta esse duo paria praefectorum, qui non plus sex menses officio fungebantur. — 10) A. 71. — 11) A. 72. — 12) Cur kalendis Aprilibus hoc anno et insequentibus inierint magistratus, nescimus. — 13) A. 73. — 14) Cf. not. 12. — 15) Ut a. 68, ita etiam anno 75 quinquennales creati sunt; nam Caesaribus solum summum officium convenit. — 16) De praefectis Caesarum cf. N. 6285. 6286; item N. 6038 cap. 24. — 17) A. 74. — 18) A. 75.*